UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Æternitas fœlicissima. Gradus 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

XXX.

Hæreditas cæleſtis, quæ incipit in Gratia; at perſicitur in Gloria.

Quod ſi hæc hæreditas conſiſtat in viſione Dei: ergò primò incipit, cùm Deum fide apprehendimus & videmus in hâc vitâ, & deindè lumine Gloriæ in altera. In hac vitâ hæreditas Chriſtiani hominis *eſt theſaurus inviſus.* Ezech. 20. Habemus & poſſidemus Deum fide, at non videmus eum, neque cum fide pulchritudine ejus fruimur. *Filij Dei ſumus, & ſi filij, & hæredes: ſed nondùm apparet* hæc dignitas: *apparebit, cùm videbimus eum* S. Ioa. 1. c. 3. lumine gloriæ, *ſicuti eſt.*

PARADISUS,

Æternitas fœliciſſima.

XXXI.

Æternitas fœliciſſima, propter perfectionem durationis.

Gloria Beati debet eſſe perfectiſſima, non in eſſe duntaxat, ſed etiam in duratione: ergò durare debet duratione perfectiſſima, qualis eſt æternitas, quæ dicit negationem omnis imperfectionis, & termini, & ſucceſſionis, & variationis, & menſuræ, & limitationis. Quapropter in perfectione ſua eſt duratio interminabilis ſine fine, permanens ſine ſucceſſione, immutabilis ſine variatione, immenſurabilis ſine menſura, illimitata ſine termino.

XXXII.

Æternitas fœliciſſima, propter infinitatem ſine termino.

Æternitas eſt inſtar circuli: *ejus centrum eſt* Sempe *circumferentia* Nunquam. Unde hæ ſunt duæ pr cipales conditiones æternitatis, durare Semper, Nunquam habere finem. Et ſunt communes c æternitati, & Beatorum in cœlo, & damnatorum Inferno: Beati Semper gaudebunt, Nunquam g dere deſinent; & damnati Semper ardebunt, N quam ardere deſinent.

XXXIII.

Æternitas fœliciſſima, ſemper ſibi ſimilis propter immutabilitatem.

S. Bern. l. 5, de conſid.

Proprietas Æternitatis hæc eſt, quod nunquam crescere aut deficere poſſit. Quemadmodum de De affirmatur, ſivè ſit, ſive non ſit cum Mundo conjun *nihil additur, nihil demitur ipſi Deo.* Unde modò n eſt perfectior cum creaturis conſideratus, ac erat æterno, quandò ſolus erat, & ſine illis. Eodem mo dicendum eſt de æternitate: Unde ſi æternitati aliq annorum addideris myriades, *nihil addidiſti:* ſi ſuſtul & diminueris, *nihil minuiſti*: quia ſemper remane ſua duratione eodem modo infinita. Unde poſt an rum millium millia nihil deeſt æternitati; ita nec q quàm ipſi Beato demitur de ſua Gloria. Et idem dic dum eſt de miſero damnato. Siquidem tàm pœna quàm iſtius Gloria poſt numerum annorum innum bilem ita conſtituta & intenſa erit in dolore vel gaud ac ſi de novo inciperet.

XXXIV.

Æternitas fœliciſſima, propter infinitatem gaudij in duratione.

Quod ſi omne bonum tametſi finitum, modò in ternum duraret, infinito precio æquiparandum & æ mandum

mandum eſſet; quantò magis æſtimanda erit Beatorum Gloria, quæ eſt infinita in eſſe, & infinita in duratione? Eſt ſumma & ſempiterna Gloria, ſummum & ſempiternum gaudium, ſumma & ſempiterna beatitudo: ſimilis beatitudini Dei, quæ duplici ratione in ſe infinita eſt, & in ſua fœlicitate, & in ſua æternitate.

XXXV.

Æternitas fœliciſsima, ſine ulla ſucceſſione ac diviſione.

Totum bonum, quod Æternitas Gloriæ apportare poteſt, ſimul conjungit & componit in unum. Enimverò Beatus non apprehendit & guſtat duntaxat bonum & gaudium præſens, verùm etiam illud gaudium omnium ſæculorum futurorum. Ergò æternitas fœliciſſima, æternitas beatiſſima, beatus qui te poſſidet, beatus qui ad te anhelat & aſpirat, & beatus, qui in corde ſuo tui conſervat memoriam; ſiquidem conſideratio tua ſecurum medium eſt, quod ad tui conducit poſſeſſionem.

PARADISUS,

Bonum Univerſale.

XXXVI.

Bonum Univerſale, bonorum omnium poſſeſſio.

IN beata illa patria perfecta aderit poſſeſſio omni boni, at redacti in unum ſolum & ſummum, quod eſt Deus, qui omnia omnibus, & omnibus omne bonum erit: *Honor noſter, Deus noſter: divitiæ noſtra, Deus noſter erit.* Et totum id, quidquid pulchri & boni in cunctis rebus deſiderari poteſt; totum id, cum infinito exceſſu, Beatus poſſidet unitim in Deo. Unde benè ait D. Auguſtinus: *S. Auguſt. to.20. ſerm. 4.*

Qua-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN